

*NvK bestätigt die Ernennung des Ingenuin Mösel zum Koadiutor des Prämonstratenserklösters Wilten, die aufgrund der langen Krankheit des Abtes Erhard durch einbellige Wahl im Kapitel des Konvents erfolgt sei. Ingenuin solle das Amt über den Tod des Abtes hinaus weiterführen, bis ein neuer Abt ernannt werde.<sup>1)</sup>*

*Or., Perg. (oblonges Bischofssiegel des NvK an Hanfschnur): WILTEN, StA, Lade 13 F. Auf der Plika: P. Ercklencz.*

*Kopie (gleichzeitig): WILTEN, StA, Lade 13 F; (A. Tschaveller, 1730): INNSBRUCK, Museum Ferdinandeum, Dip. 1005 p. 348f.; (19. Jb.): WILTEN, StA, Chronik Daniel p. 383.*

*Druck: Lentze, Reform des Stiftes Wilten 526 Nr. VIII.*

*Regest: Jäger, Regesten I 315 Nr. 199.*

*Ern.: Sinnacher, Beiträge VI 465; Lentze, Reform des Stiftes Wilten 522; Mutschlechner, Cusanus und Eleonore, CGS 264; Palme, Abtwahl im Stift Wilten 260; Palme Beziehungen 133; Vallazza, Livinallongo 113.*

Nicolaus miseracione divina tituli sancti Petri ad vincula sacrosancte Romane ecclesie presbyter cardinalis, episcopus Brixinensis, religiosus in Christo fratribus priori<sup>2)</sup> et conventui monasterii Wiltinensis ordinis Premonstratensis nostre diocesis ac omnibus eiusdem monasterii subditis salutem in domino sempiternam. Postquam iam annis aliquot venerabilis pater dominus Erhardus<sup>3)</sup>, abbas vester, magna infirmitate notorie 5 adeo pregravaretur, quod preesse per se monasterio suo commode non posset, a nobis tamquam apostolico visitatori succurri sibi et monasterio suo devote sepenumero postulavit, et demum videntes infirmitatem potius augeri in dies quam minui sibi annuimus, ut de consensu vestro aliquem in coadiutorem assumeret, qui vices suas tam in spiritualibus quam temporalibus agere posset. 10

Demum convocatis vobis capitulariter in unum, maturo desuper consilio habito et singulis personis ponderatis, unanimi consensu religiosum fratrem Ingenuinum Mosel, canonicum professum eiusdem monasterii tamquam ad coadiutoriam magis utilem et ydoneum elegistis, quem nobis ipse venerabilis pater abbas per suas litteras tamquam virum, qui se ad spiritualia diligenter adaptaret et in temporalibus pre ceteris practicus 15 esset, presentavit, supplicans humiliter, ut ipsum in coadiutoriatu officio apostolica auctoritate stabiliremus et confirmarem, non tantum, quo ad vitam ipsius domini abbatis, sed etiam ex post, si ipsum prius mori contingat, donec et quousque eidem monasterio de abbate provideretur, ac quod nos eidem fratri Ingenuino omnem auctoritatem ad huiusmodi officium necessariam contribuere et mandata decernere velimus, 20 ut vos et alii subditi monasterii eidem ut coadiutori obediatis et pareatis.

Nos supplicationi huiusmodi tamquam iuste assensum prebentes eundem fratrem Ingenuinum, de cuius ydoneitate nos certam scienciam habemus, in coadiutorem venerabilis patris domini Erhardi abbatis vestri, modo quo supra narratur et petatum a nobis est, per totum tempus vite domini abbatis atque ultra, si post abbatis mortem 25 vixerit, usquequo monasterio de abbate provisum fuerit, in dei nomine apostolica auctoritate ut visitator apostolicus confirmamus per presentes, omnem auctoritatem ad hoc necessariam eidem committentes. Quocirca vobis priori, fratribus et singulis subditis monasterii Wiltinensis in virtute sancte obediencie precipimus et mandamus, quatenus eidem fratri Ingenuino uti coadiutori in spiritualibus et temporalibus devote 30

obediatis et pareatis ipsius domini abbatis auctoritate et superintendencia, quamdiu vixerit, semper salva et in suo robore permanente. Datum in castro nostro Sancti Raphaelis sub nostro sigillo die decimaseptima mensis iunii anno a nativitate domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo octavo, pontificatus sanctissimi in Christo  
35 patris et domini nostri domini Calisti divina providencia pape tercii anno quarto.

---

<sup>1)</sup> *Ingenuin Mösel wurde bereits im Jahre 1455 als Verweser zu Wilten bezeichnet (s.o. Nr. 4204). Die offizielle Bestätigung seiner Ernennung war Gegenstand der Verhandlungen mit der herzoglichen Seite. NvK hatte die Unterlagen über den Wahlvorgang angefordert; s.o. Nr. 5575 Z. 16f. Wahrscheinlich waren sie nun durch den Gesandten der Herzogin überbracht worden, so dass NvK seinem Boten Nr. 5659 zusammen mit Nr. 5658 mitgeben konnte. NvK hatte bereits im März 1458 signalisiert, dass er die Ernennung Ingenuins anerkenne; s.o. Nr. 5579 Z. 4f.*

<sup>2)</sup> *Johannes Lösch, Prior zu Wilten; s.o. Nr. 5536 Anm. 3.*

<sup>3)</sup> *Abt Erhard von Wilten. Er war 1452 von NvK im Zuge der Reform des Stiftes Wilten ernannt worden; s.o. Nr. 2970. Er starb noch im Jahre 1458. Sein Nachfolger war Ingenuin Mösel (1458-1464).*